

III. Károly 1733-ban kötelezte a Lelkészpénztárat arra, hogy írják össze az országban található plébániákat. Az összeírás célja a katolikus egyház anyagi helyzetének a felmérése volt, de az összeírók a protestánsokról is gyűjtöttek információkat. A Magyar Tudományos Akadémia Művészettörténeti Kutatócsoportja feltárta ezeket az összeírásokat, de csak a művészettörténeti jelentőségű forrásokat publikálták. A Csanádi Püspökség esetében ezért nem tették közzé Falkenstein Béla (Adalbert von Falkenstein) csanádi püspök beszámolóját, mert az épületekre vonatkozó adatokat nem tartalmaz.¹ Az alábbiakban Falkenstein püspök 1733. augusztus 26-án keltezett beszámolóját tesszük közzé.² A beszámolóhoz eredetileg tartoztak A, B, C, D, E jelű mellékletek is, de ezek ma már nem fellelhetőek. A jelentés szövege viszont többször is hivatkozik ezekre a mellékletekre.

Jelentésében Falkenstein utal arra, hogy 1732 szeptemberében Pozsonyba átküldött táblázatos összesítése az egyházmegyének – főleg a Maroson túli – településeiről elveszett, így azt ismételtén pótolja. Leírja, hogy az egyházmegyének két települése, Makó és Földvár van bérbe adva, s azt a szerint is művelik, s annak ellenére, hogy ezt előző levelében már kifejtette, ehhez a levélhez is csatolja az erről szóló táblázatokat a levél végén. (A-B jelzet) Levelében az egyházmegye állapotát is bemutatja, ezt a C-D-E jeleztű részben fejt ki.

A C jelzet alatt a Maroson túli helyeket járja végig, azokat, ahol plébániákat állítottak fel, s ahol hittérítés is zajlik, amelyre – véleménye szerint – igen nagy szükség is volt. Azonban a földek rosszak, s a folyó áradása, s a háború miatt északabbra a települések – Arad, Radna, Borosjenő kivételével – lakatlanok. A katolikusok, rácok és görögkatolikusok együtt élnek, ezért pedig a vallási eltévelyedés veszélye forog fenn, amelyet Falkenstein éberséggel és szorgalommal kíván megakadályozni.

Viszont nem hiszi, hogy az ő püspökségének területeit lehetne jobban gondozni, építeni, mert először is Szeged, Makó és Földeák kivételével a tizedet a Királyi Kamara szedi be, amit nagy tékozlásnak gondol, s szerinte vissza kéne szolgáltatni ezen jogot a csanádi püspöknek. Az így befolyt jövedelmet pedig a plébániák létesítésére, egyházak restaurálására és az egyházmegye különböző szükségeire lehetne fordítani. Másodszor pedig a földesúr, Stahremberg Gundamar sem hajlandó arra, hogy földet utaljon ki. Harmadszor a katolikusoktól kevés szedhető be. Negyedszer a csanádi püspök bevétele oly kevés, oly alacsony, hogy az nem elégséges az illő fennmaradásra, hogyan juthatna tehát a plébániák alapítására ebből?

Falkenstein úgy becsüli, elpusztított vidék területén legalább 4 plébánia emelésére lenne szükség. Van Borosjenőn egy templom, amely Szent Ferenc nevére van felszentelve. Ennek fenntartása évi 100 Ft. Zarádon is van egy templom. A kálvinisták falvaiban is vannak dűledező, romos templomok, vagy templomromok, nagy részük nem helyrehozható.

A D részben a püspök párba állítva mutatja be a plébániákat, a szegedit, amelyet az írás készültekor is a piarista iskolák papjai igazgattak, és az aradit. A ferencesek együtt élnek. Mindkét plébánia bevétele egyedül a papi szolgálatból van.

Az E részben a csanádi egyházmegye a Maroson innenső, bánáti részének plébániáit írja le. A királyi határozat értelmében bánáti plébánosok a temesi

¹ Vö.: Sprenger Mária – Wallon Emma (sajtó alá rend.): Acta Cassae Parochorum. Egyházmegyék szerint besorolt iratok. 3. füzet. Székesfehérvári, kaolcsai, csanádi és győri egyházmegye 1733 – 1779, Művészettörténeti adatok., Budapest, 1971 (A Magyar Tudományos Akadémia Művészettörténeti Kutató Csoportjának forráskiadványai, VII.), 81.

² MNL-OL Magyar Királyi Helytartótanács. Acta cassae parochorum. Csanádiensis C 38 Nr. I. 1733. augusztus 26. fol. 25r-31r

adminisztrációnak 150 forintot szolgáltatnak be készpénzben, amely a papi szolgálatuk bevétele, s ezen kívül tűzifát, s a lovak szükségére való szénát is adnak.

[fol. 25r] *Praedictus 9 Septembris 1733.*

Serenissime Dux, Regie Locumtenens Excelsum Regio Locumtenentiale Consilium!

Cum expetitam a me de statu Parochiarum Dioecesis meae Csanadiensis, sum actu existentium, sum in tribus praecipue trans Marusium locis etiamnum erigendarum informationem, juxta formulam ad me transmissam sub Maii anni labentis initium Regiae Serenitati Suae, et Excelso Regio Locumtenentiale Consilio jam repraesentaverim obsequentissime: Et in accepto rursus altero a Regia Serenitate Sua ex Excelso Regio Locumtenentiale Consilio debita cum veneratione rescripto altera alia a dioecesanis desideretur informatio, quae vi clementissimi mandati Caesareo Regii Singillatim et accurate contineret omnia in tabella simul transmissa specificata, et ante calendas Septembris submitteretur Posonium, imperata ad amussim omnia obsequentissime exequor, et humille denuo repraesento.

Et siguidem in tota mea dioecesi Csanadiensi parochiae [fol. 25v] non nisi duae sunt, Makoviensis nimirum, et Földeakiensis in quibus curati ex fructibus perceptis, **A et B** et reliqua sua oeconomia se se sustentant (de quibus in duabus tabellis sub lit[teris] A et B jam alias transmisi informationem, et nunc etiam accludo) ad **C, D et E** recognoscendum plenius ad distinctius hujus dioecesis statum, duabus illis tres alias adjungo, et sub lit[teris] C, D et E humillime exhibeo.

C In harum prima sub lit[teris] C posita trans Marusium loca recenseo in quibus parochias constitui, et missiones praeterea aliquas a religiosis obeundas, foret perqua necessarium, et duplici quidem ex motivo uno, quod omnis ille terrarum fractus a Transylvaniae faucibus ad Hungariam usq[ue] nobis septentrionalem precurrens latissime in viginti nempe aliquot milliaria effundatur in hac tamen tanta vastitate, et locorum frequentia (Radna, Borosjeno, et Aradino exceptis) sacerdos nullus [fol. 26r] sit, qui curam gerat animarum. Aetero, quod Catholici, Rascianis et Walachis graecorum schismati addictis im[m]ixti degant, atq[ue] manifesto, quod in quibusdam jam factum est, familiae integro perversionis periculo exponentur, si id non impediatur cura, industria, ac vigilantia curatoru[m]. Cumq[ue] praeterea crassissima ruditate laborent in rebus praesertim fidei, et disciplinae Christianae, inducendi cum ipsis etiam parochis essent omnino ludorum magistri, qui in instruendis mature horum prolibus occupentur.

Jam vero quibus unum, et alterum mediis effici in hoc meo episcopatu, ac procurari possit, non video. Nam et primo quidem per totum illum discriptum (Szegedino, Makovia, et Földeak exceptis) colliguntur ab Excelsa Camera Aulica decimae, qua esi quemadmodum a sancto rege donatae, iisdemq[ue] fere omnibus jam sunt restitutae, etiam ab Episcopo Csanadiensi saltem pro parte reciperentur a me quidem in harum, ac etiam aliarum parochiarum erectionem, ecclesiarum restaurationem [fol. 26v] aliasq[ue] hujus dioecesis necessitates liberaliter impenderentur. 2^{do} D[omi]ni Terrestres Serenissimus videlicet Dux Muttinensis, et comes Gundamarus de Starenberg, ut praeter fundorum quorundam assignationes alia praeterea quaequa adhuc praestent, atq[ue] contribuant, inclinari hucusq[ue], atq[ue] adduci non potuerunt. Stola autem. 3^{io} Sola, et a Catholicis quidem solis percipienda esset perquam exigua, et nullius prorsus considerationis, Schismatici etenim, quib[us] privilegia ab Augustissimis concessa integrum faciunt, ut suum ipsi ritum exerceant, ad suorum intertentionem popparum contribuunt, et ad episcopos debent suos census non leves ferre. Ac demum. 4^{to} Episcopi Csanadiensis proventus, quos hucusq[ue] saltem percepit, ac nunc ego percipio, adeo exigui sint, et tenues, ut honestae ejusdem et convenienti

sustentationi non sufficiant, quid ex his ipsis decerpit in quatuor parochiarum foundationem atq[ue] erectionem potent? Esto autem, quod ampliores iidem aliquantum forent, et seponi ex ipsis quot annis [fol. 27r] aliquid possit, tum enim vero, cum nec ecclesiam habea, in qua cum capitulo meo peragere divina possim, nec residentiam, colligi idipsum deberet, ac servati, ut utrasq[ue] aliquando structura posset assurgere.

In omni illa tam vasta terrarum plaga in qua quatuor illas ad minimum instituendas esse parochias censeo, utpote, quae a catholici potissimum habitatur. Unum in Borosjeno templum est, in quo pater quidam e familia S[anc]ti Francisci praesidio illic locato ab obsequiis est spiritualibus, et operatur ad aras, recipitq[ue] pro sustentatione sua annua 100 florenos, quo tamen emigraturo inde forsitan brevi milite eidem in futurum non numerabuntur. Aeterum in Zaranth templum est, aut melius sacellum a D[omi]no Comite Conspruk exstructum. His duabus sacris aedibus, ut duae accedant aliae, in Menes nimirum et Totvaradia foret consultissimum, atq[ue] si pro his erigendis ex cassa ab Augustissimo recens constituta assignaretur subsidium aliquod, non dubito, futurum, ut accedente subinde pia aliorum liberalitate demum perfruerentur.

[fol. 27v] Sunt praeterea alia in pagis Calvinianorum templorum rudera, sumptibus haud ita magnis ad sacrorum usus reparabilia, si ille etiam populus ad sacra nostra traducatur aliquando, quod per collocatos ad has partes, pagorum haereticorum confinia, curiones, Benedicente Domino facillime poterit praestari.

C, D Atq[ue] haec sunt, quae in tabella lit[tera] C Regiae suae serenitati, et Excelso Regio Locumtenentiali Consilio demissima remonstratione exhibeo. In altera lit[tera] D notata specificantur parochiae binae aliae, Szegediensis quae per R[everendos] P[at]res Piarum Scholarum etiamnum administratur, et Aradiensis, cujus curam gerunt. Religiosi S[anc]ti Francisci Fratres minores conventuales: proventus utriusq[ue] hujus parochiae unici a stola sunt et licet magistratum Szegediensem ternis jam vicibus per canonicos meos fecerim requiri, ut se declaret, quid pro parochi intertentione juxta sacratissimae Majestatis Suae Caerareo Regiae mandatum, ac Regiae Serenitatis Suae et Excelsi [fol. 28r] Regiotenentialis Consilii rescriptum, tum in fundis quibusdam excindendis, tum in assignanda certa paratae pecuniae sum[m]a praestare possit, ac veliti semper tamen Szegedienses ac etiam Aradienses reposuerunt, nullam ad haec mea postulata resolutionem se posse date, priusquam speciale desuper mandatum ad se directum, quemadmodum id in similibus casibus cum liberis, regiisq[ue] civitatibus fieri consuevit, non acceperint.

E In tabella demum postrema lit[tera] E notata reliquarum dioecesis meae parochiarum cis Marusium, in Bannata nimirum Temesiensi syllabam pertexo, et quod in priore illa mea obsequentissima submissa informatione praestiti, in hac altera repeto, nempe juxta benignissimam Majestatis Suae Sacratissimae resolutionem ab inlyta Administratione Temesiensi per hunc Bannatum plebanos in parata pecunia annuatim accipere 150 florenos, quibus stolae proventus, ligna focalia, foenum duobus intertenendis equis necessarium accedunt. Alia autem a parochianis [fol. 28v] suis non percipiunt, nec fundos habent assignatos, quos possent excolere.

Atq[ue] hic deniq[ue] hujus meae dioecesis status est, in qua cum juxta emanatum die 17^{mae} Martii anni currentis ad dioecesanos omnes a Regia Sua Serentiate et Excelso Regio Locumtenentiali Consilio Rescriptum ex voluntate Sacratissimae Suae Majestatis seminarium praetera clericorum aliquod erigi, et gymnasium iis cum studiis institui deberet, ut alumni debitis exculi littens, ac sufficienter instructi ecclesiis in gerenda animarum cura deservire deinde possint, utrumq[ue] istud dioecesi meae, utpote perquam amplae, multis jam nunc parochiis instructae, ac instruendae etiam pluribus, foret prae primis necessarium, verum cum ob jam insinuatam proventuum nunc episcopalium tenuitatem, atq[ue] insufficientiam nec unum viribus praestare meis, ne cetiam alterum possim, cumq[ue] praeterea illa mihi adminicula non accedant, quae ut in rescripto illo gratiosissimo intimatur, accersanda mihi

essent ab allis, qui abbatibus, praepositis et amlioribus similibus beneficiis perfruuntur, [fol. 29r] cum in hac dioecesi haec omnia nuda solummodo sint nomina, quae in titulos quidem aliqui assumpserunt, dum fructus eorundem percipit Excelsa Camera Aulica. Omnibus destitutus subsidiis opera tam eximia, religioni et conservandae, et augendae admodum opportuna, curae deniq[ue] animarum rite et ex debito peragendae perquam necessaria non modo perficere non possum. Sed nec aggredi, ac prima iisdem initia ponere non praesumo.

Quamquam nec hi etiam ita dejicior, ut omnem alabore manum, conatum atq[ue] industriam subducam, verum cum probe noverim, quod domi non est, aliunde esse, petendum, ad Sacratissimae Suae Majerstatis Augustissimam munificentiam tanquam ad aram benignitatis certissimam, atq[ue] unicam confugio, simulq[ue] precibus demissimis Regiae Suae Serenitati ac Excelso Regio Locumtenentiali Consilio Supplicio enixissime, ut me ac hanc Dioecesim meam recom[m]endatione ad Aulam Augustissimam efficacissima fovere dignetur. Qua impetrata, si id dein [fol. 29v] etiam obtinuerit, ut lotes utcuq[ue] initiis progressus majores, atq[ue] alia eidem incrementa accedant, meorum ego votorum, laborumq[ue] scopum tenebo, ac gratias Deo ea propter primum, subinde patronis mihi ac episcopati meo plurimum faventibus demissimas feram: quod autem, id ut fiat, dioecesi huic meae potest suffragari, est, quod ipsa anno abhinc decimo septimo, in ultimo nempe cum ottomannis bello gloriosissime gesto in omni ea cis Marusium plaga barbarorum im[m]ani erepta tyrannidi, a spurcissima Mahometanae supetitionis eluvie repurgata, et orbi Christiano rursum sit restituta, atq[ue] ita quidem, ut quando quidem sapientissima Suae Majestatis Sacratissimae Caesareo Regio dispositione in hac ipsas armis victricibus rursum occupatas terras tum ex ipso Apostolico Hungariae Regno, tum evocatae ec Germaniis frequentes admodum populorum coloniae sunt imissae, fidelium numerus augeatur in dies, et per plura jam possit millia recenseri [fol. 30r] com[m]odo Rei publicae maximo, et decore orthodoxae religionis admodum insigni.

Atq[ue] hoc ipsum illud est, quod continuis me impellit stimulis, ut iteratis, iisq[ue] sum[m]is a Regia Sua Serentiate ac Excelso Regio Locumtenentiali Consilio impetrare contendam precibus, velit hanc sibi dioecessim meam enixissime ad Augustissimam aulam habere recom[m]endatams quae si amplicis ac amplius refluat, et ea rursum frui poterit temporum felicitate, qua sub sanctissimis, a quibus fundata est olim, Regibus, atq[ue] praesulibus recreabatur, gratiis eandem et favoribus pretiosissimis Regiae Suae Serenitatis, et Excelsi Regio Locumtenentialis Consilii unice debet habere in acceptis, ac mecum se propterea aeternum obstrictam agnoscet, obtestatura Deum, ut ad insigne Regni totius bonum, et maximum ecclesiarum omnium emolumentum sacratissimam Suam Majestatem Caesareo Regium D[omi]num nostram clementissimum, tum etiam Regiam Suam Serenitatem, et Excelsum Regio Locumtenentiale [fol. 30v] Consilium incolumitate perfecta et diutina, donis caelestibus cumulet abundantissime, omnigenaq[ue] prosperitate, quae dum ab omnium bonorum largitore Deo animitui exopto, me iterato in benignam gratiam, et gratiosissimos favores, quam submississime comedo, ac persevero.

Regiae Serenitatis vestrae et Excelsi Regio Locumtenentialis Consilii

Temesvarini 26 Augusti 1733

Obsequentissimus ac humillimus
Adalbertus Ep[iscopu]s Csanadiensis m[anu] p[ro]p[ria]

[fol. 31r] 26. Augusti 1733.

Ad com[m]issionum piarum foundationum
Episcopi Csanadiensis ad q[uo]

T[omus] V p[ri]^{mo}

Conscriptio ecclesiar[um] et parochiar[um] totius Dioecesis Csanadiens[is]
Q[uae] iteratum intimatum de statu dioecesis suae tum actu existentium, tum
exigendarum ad huc parochiarum emanatum, responsoriae et formatoriae, cum acclusionibus.

Anni 1733

Cassae Parochor[um] Dioecesis Csanádiensis

N[ume]ro 1^o